

Scientia tamen in proposito contra forenses probabitur, si erat homo, qui sepe, & continuo in his Regnis conuersabatur, quia non est verisimile, hoc eum ignorasse, vt probat Auiles vbi sup. num. 6. in versu. & scientia probatur.

84 Si tamen per modicum tempus exterius exstitisset in hoc Regno, nempe duorum vel trium dierum, vel aliud angustum tempus, itaque magnam moram in eo non contraxisset, non quidem teneretur poena nostræ legis, quia forensis præsumitur ignorare statuta loci, si in eo non contraxit magnam moram, vt probat Menoch. d. consil. 74. num. 20. † Vbi quod ille censetur ciuis nouellus, qui per annum in ciuitate non habitauit, & quod hoc casu ante annum præsumitur ignorare leges ciuitatis, secundum Boetium, quæst. 100. num. 1. dicentem, ob id exculari, & quod a fortiori non præsumitur scientia edicti ex sola conuersatione per aliquos dies, & quod forensis ligatur statuto ciuitatis de armis non ferendis, si fuit sciens, & quod scientia solum præsumitur, si diu habitauit. † Et edicta atq; proclamata non aliter efficiunt, negligant nisi datis congruis dilationibus, inter quas in notitiam verisimiliter possint peruenire, ex pluribus adductis per decem. Pedemont. 71. supra allegatam, num. 20. cum seqq.

85 Si tamen forensis longam fecisset moram in loco statuentium, vel diu ibi conuersatus fuisset, vel si in locis circumuicinis esset similis prohibito, vel si aliquæ leges iuris communis antea id esset dispositum, & vltimum, tenebitur poena statuti, alias secus, vt ex aliis probat Azened. in d. l. num. 8. cum seqq. tit. 18. lib. 6. Et vltima supra dicta, † quando statutum liget forenses, & quando non, videndum est late id agens per regulam negatiuam cum ampliationibus & fallentibus, Tibertius Decian. 1. tom. tractat. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 21. cum seqq. vbi prædicta omisit.

SVM M A R I A.

- 1 Pontes in fluminibus quilibet facere, & edificare potest suis expensis, dum modo impositiones, aut tributa imponere non possit, nec aliqua id impedire potest sub prætextu, quod habeat aliqua iura in prædictis fluminibus.
- 2 Molendinum in flumine publico non nauigabili, an quilibet facere, & edificare possit sine alicuius licentia, & n. seq. resolutur negatiue, n. 4. & 5.

In l. 9. tit. 11. lib. 6. Nouæ Collect. Reg.

Q V A E S T I O XXX.

Q V E R O l. 9. tit. 11. hoc lib. 6. nou. collect. Reg. cauetur, que las villas, y lugares de los Reynos, y otras qualesquier personas, puedan hazer, y edificar puentes en los rios a su costa, con que no puedan imponer, ni pongan imposiciones, ni tributos algunos, y que ninguna persona lo impida, ni estorue, por dezir, que tienen barcos, o otros derechos en los rios, so las penas aqui contenidas. † An ita etiam liceat cuiuslibet edificare, & facere molendinum in flumine publico non nauigabili, sine licentia Principis, vel alterius potestatis? Et in hoc Paul. de Cast. in l. fluminum, num. 2. de damn. infest. tenet partem negatiuam, dicens, quod cum proprietates fluminis non sit communis, vt occupantis fiat, nullo modo potest quis facere molendinum in flumine publico, etiam non nauigabili sine auctoritate publica, nisi fieret supra aquam ex concatenatione, vt fit Romæ, quia vltus aquæ est communis, vt in l. quo minus, ff. de fluminibus. Et inquit ibi l. l. num. 45, quod non recollit illud dictum Pauli esse ab alio tactum, quamuis ipse ibi eum non sequatur.

3 Quare † Bartol. in d. l. quominus, num. 5. contrariam,

& scilicet affirmatiuam sententiam sequitur ex text. ibi, & in l. ff. de flumin. vbi tantum in flumine publico nauigabili, vel quod faciat aliud nauigabile, prohibetur quibus edificare. Ergo id licet in flumine non nauigabili. Denique, quia flumina, portus & ripæ, censentur publica quo ad vsum nauigandi, l. riparum, ff. de rerum diuis. § flumina. & l. riparum. Insti. de rerum diuis. l. 12. tit. 28. part. 3. & hanc opinionem sequitur Imol. in d. l. quo minus. & ibi Angel. num. 3. l. 45. & Rip. numer. 42. & cum Capol. de seruis. rustic. l. or ad. cap. de flumin. 1. colum. in fin. & in cap. de seruis. aquaductus. 13. colum. post princip. idem probat, dicens, esse magis communem opinionem prædictam Bartol. Anton. Gomez in l. 487. auri, num. 10. & 11. Id verum intelligens dicitur num. 10. nisi ciuitas, vel oppidum, per cuius territorium aqua fluit, haberet præscriptum per tempus immemorabile ius prohibendi, vel concedendi licentiam, argumento l. hoc iura. § de ius aqua. ff. de aqua quousq; & assuetum similis. Pro qua sententia facit nostra l. Regia in verbis supra relatis. Si enim licitum est vnicuique in flumine publico suis expensis facere pontem ob suam & publicam vtilitatem, quæ ex eo sequitur, quare etiam non licebit molendinum ibi edificare pro sua priuata, item publica vtilitate: expedit enim Reipublice, vt plura molendina fiant, vt vtiliori mercede triticum molatur.

Nihilominus † tamen in praxi in his Regnis tenenda est prima opinio Paul. Castren. vbi approbata expresse, in l. 18. tit. 32. part. 3. ibi: Puedo hazer en la heredad, o en suelo que sea termino del Rey, con otor gamiento del, o de los del comun del conuio cuyo es el logar do lo quisiere hazer: ex qua lege hoc tenet, & probat Anton. Gomez vbi supra, d. num. 11.

Nec † contradicit huic sententiæ tenenda nostra l. Regia 9. quia non loquitur in hac specie de qua agimus, sed in alia admodum diuersa: nempe, que pueda hazer cada vno puentes en los rios a su costa: con tanto que no puedan imponer, ni impongan imposiciones, ni tributos algunos: Itaq; transeuntes pontem, nihil soluere debent, sed libere & immunes poterunt per eos remare: quod non ita contingit in molendinis, in quibus non molitur gratis frumentum, sed quadam mercede taxata, siue à Republica constituta, & ideo non licet edificare molendinum in flumine publico absq; licentia Regis vel Reipublicæ cuius districti flumen fluit.

SVM M A R I A.

- 1 Molendinum an edificari de nouo possit in prædictis molendinis antiquis? & numerus sequentibus examinatur pro vtraque parte, & concordia assignatur num. 4. & num. 5. declaratur: sed iure nostro Regio, quæstio hac est expedita, attenda l. 18. tit. 32. part. 3. cuius littera referretur num. 8.
- 2 An ferre non licet ius, vel lucrum primo, licite alicui questum de publico.
- 3 L. 18. tit. 32. p. 3. intellectus, & num. 8.

Circa eandem l. 9.

Q V A E S T I O XXXI.

Q V E R O secundo, circa eandem l. 9. An qui habeat i molendinum licite factum in flumine, non nauigabili, vel in flumine nauigabili de licentia Principis, vel ex immemorabili tempore, consuetudine, vel præscriptione, possit alius facere de nouo in eodem flumine aliud molendinum supra vel infra illud primum, per quod est notabile damnum inferat, auferendo ab eo aquam, eamve vi refringendo, vel alius: Quam questionem omnes referunt esse Sabatinam publice Bononiæ per Franciscum Accursi. disputatam. In qua videtur prima facie dicendum hoc non licere, † quia ius,

vel licetum primum licite alicui questum de publico, non licet auferre, l. 2. § meriti. ff. de iur. publ. vbi ita demum permittitur alicui in loco publico aliquid edificare, eum in casu permissio, vel de Principis licentia, quando fieret alterius iustitia, & ita in terminis hanc opinionem tenet gl. in l. si quis ex argentiaria, § in iurium, verb. 7. articulo. ff. de edendo.

3 Nihilominus † tamen contrariam sententiam, imo quod licet secundum molendinum fieret in damnum iam constituti argentiaria potest, tenet altera gl. in l. mansueti, verb. procurator, C. de seruic. & aqua, § glo. 1. in l. quo minus, ff. de fluminibus. Et videtur huic parti argumentum prætere nostræ l. Regia, dum permittit cuiuslibet facere pontem in flumine publico, etiam in damnum, & præiudicium alicuius habentis in eo prius, barcos, o otros derechos, qui nihilominus impedire non potest edificandum pontem.

4 Inter † has duas opiniones huiusmodi concordia à Doctoresibus communiter assignatur, vt quidem flumen priuatum sit vtriusque, iure possit secundus construere molendinum, etiam si ex eius constructione impediat cursum aquæ in molendinum inferius, argum. text. in l. fluminum, § fin. & in l. Præclusus, ff. de damn. infest. dummodo hoc fiat animo commodum consequendi: secus autem si animo lædendi inferius, vt in l. 3. deniq; ff. de aqua pluui. ar. cend.

Si vero flumen publicum sit, in quo edificatur secundum molendinum, & qui primum habuit molendinum illud iure constituit, tunc secundus non possit secundum molendinum in eius damnum construere, vt in d. l. 2. § meriti. ff. ne quid in loc. publ. Et in hac specie procedat prior opinio supra relata: l. vero illicite prius erat constructum, tunc nihil prohibet secundum molendinum constitui, etiam si noceret inferiori: si vero vterque illicite fieret, nullus possit alterum impedire, licet damnum sibi inferat, vt in d. l. 2. § idem aut. ff. ne quid in loc. publ. & in l. loci corru. § computat. ff. si seruic. vendidit. Ita tenet Cyn. Alber. Bald. Ang. Falgof. & Salycet. & communiter Dd. in d. l. si manifeste, Bart. in d. l. quo minus, in l. 2. & 3. questionibus. principalibus. & communem esse, plures allegans, auctoritat. Ant. Gom. in l. 4. 6. Tit. num. 2. & Ant. de Padilla, in d. l. si manifeste, num. 5.

Hanc † tamen communem sententiam limitat, & intelligit Ant. Gom. vbi supra, vt procedat, quando aqua non sufficeret omnibus molendinis: secus tamen si bene sufficeret omnibus tunc namque ille qui secundo loco edificat impediri non potest, text. in l. Lucio Titio, ff. de aqua quousq; & assuetum. Quinimo in hac specie, scilicet, quando aqua sit sicut omnibus molendinis, poterit secundus edificare molendinum, etiam si domino primi molendini notabile commodum, & lucrum auferatur ex defectu concursus molentium; hoc namque est in consideratione, cum non coheret rei, hoc est molendino, sed tantum consistit in mera & absoluta facultate personarum que vbi velint possint ite ad molendinum, in quibus nulla ficta erat præoccupatio, vel ius questitum, licet in aqua, secundum Bald. in l. vna. C. de seruic. qua pro eod. interest & c. num. 58. et in expresse Bart. in d. l. quo minus, q. 2. in fin. & ibi l. l. num. 84. bene conformans & dicens, esse diligenter notandum, quia est valde vtile in praxi, & Rip. num. 82. quos refert, & sequitur Ant. Gom. vbi supra, & cum aliis March. de Afflic. decis. Neap. 288. n. 11. & 12. & lris. Pedemont. Oñan. Cech. 117. num. 3. & 4. idem alios referens, tenet Aym. Craue. de actio. 1200. p. 10. vt sic circa præmissa num. 15. & 12. fol. 226. in parui, vbi num. 15. quod prædictum præiudicium non videtur consolidabile, quia venit secundario, & in consequentiam, cum principaliter non fiat, vt alii noceatur: licitum namq; est cuiuslibet in suo, quod libet facere, dum modo principaliter id fiat vt sibi proficiat, licet vicino lucrum

auferat, l. fluminum, § fin. l. Præclusus, ff. de damn. infest. l. 1. § de nique, l. 1. & in l. fluminum, § penult. ff. de aqua pluui. ar. cend. Alexand. consil. 194. num. 3. & 4. velum 2. Oñan. Cecher. decis. Pedemont. 17. num. 4. Et in dubio præsumitur quis moueri ex propria vtilitate, non vt noceat alii, gloss. in d. l. fluminum, § fin. sequitur alios allegans Petrus Sarr. consil. 127. num. 10. lib. 1. Fallit quando ex tali factio nulla percipitur vtilitas, vel breue commodum, quia tunc nocendi animus præsumitur, vt infra dicitur in l. 32. ad fin. † iure nostro Regio questio hac est expedita ex l. 18. tit. 32. p. 3. vbi approbat communis opinio supra dicta cum prædicta sua declaratione in hunc sane modum:

Verba l. Regiæ Partitæ:

M oltro auiendo algun homo en que se fiziesse serua, o acia para pisar patios, si alguno quisiesse hazer otro molino, o acia en aquella misma agua acerca de aquel, o de la otra, o en su heredad, o en suelo que sea en termino del Rey, con otor gamiento del, o de los del comun del conuio cuyo es el logar do lo quisiesse hazer: pero deus esto ser fubdo de manera, que el corrimiento del agua no se embargue al otro, mas que la aya libremente, segun que era antes acostumbra da a correr, saciando do dalla, guisano lo que de otro defender, niu embargar que lo non faga, maguer diga, que el su fin no valdrá: mas no de renta por razon de lo que fiziesse non valdrá: mas esto mismo deuen sa ser de la forma que fiziesse non valdrá.

Circa † cuius l. intellectum duo sunt obseruanda. Primo, ipsam loqui in duobus molendinis: primo, iure constructo & secundo constructo tempore. De primo iure constructo, ex eo conuicio, quod lex illa agat casu, quo dabitur erant dominus eius possit iure contradicere ædificationem secundi molendini, præcipue dum dicit, quod secundum molendinum possit fieri, dummodo cursum aquæ alteri non impediat. De iure constructo, patet ibi, dum ad illud ædificandum requirit, quod fiat in proprio solo, vel si fiat in loco termini Regi, licentiam Regis, vel communis Concilii, in cuius locum ædificari debet secundum molendinum, desiderat.

Secundo † obseruandum erit, quod in casu d. l. Regiæ ille, qui habebat primum molendinum supra vel infra, poterit aquam continere, vel repetere tempore æstatis, vel hibernæ, & facere recolle dam aquæ, alio tempore sibi oportuno, licet antequam fieret secundum molendinum, id facere poterit, si hoc principaliter faciat in vtilitatem suam, licet in consuetudinem damnum incurrat alter: hic vero alter, qui secundo loco ædificauit molendinum, non poterit aliquid facere in aqua per quod damnum inferatur primo. Ita tenet Bart. in d. l. quo minus, in 2. quest. princip. in fin. num. 2. quem sequitur in terminis nostræ l. Regiæ, Anton. Gomez. vbi supra, in versu, quibus aperta. Et que verissimum, & comprobatur ex eadem l. Regiæ, ibi: Pero siue esto se fcho de manera, que el corrimiento del agua no se embargue al otro, his enim verbis literaliter probatur secundum membrum prædict. secundæ obseruationis: Virtualiter autem & necessario prius, hoc modo, finis enim & vniuersus scopus nostræ l. dum permittit fieri secundum molendinum, is est, vt nullum damnum, aut præiudicium secundo generetur in casu aquæ: At non vides, quod si tempore æstatis, vel hibernæ aquæ recollectio ipsius ad vtilitatem molendini fieri non possit propter secundum, auferatur libertas domino primi molendini, quam ante ædificationem secundi habebat, absque aliquo impedimento comprimendi aquam, quoties vellet pro molendino in suo molendino? Quid igitur præstat inter impedimentum cursum aquæ, & detentionem ipsius, si in vtroque consistat damnum, vel præiudicium, primi molendini? Quæ igitur ratio In nostra prohibet domino secundi molendini, ne cursum aquæ impediatur

primo, ne scilicet ipsi praedictum aliquod inferatur, eadem merito dicendum est, ut secundum molendinum, siue domus eius pro tempore existens, non possit contradicere primo, ne aquam comprimatur, aut recoligatur, in sui praedictum, quandoquidem si hoc posset impedire, idem praedictum fieret primo molendino ex defectu aquae, quod fieret ex aliis impedimento caruis aquae: nam impletur aqua primum, & sic non posset moliri: in dubio autem praesumitur, unumque; facere principaliter, ut sibi proficiat, & non vterque noceret. Guld. Pap. q. 298. quem refert, & sequitur O. Bau. Cachet. de off. Pedemont. 17. num. 4.

Quid autem sit dicendum, quando de prioritate, aut posterioritate molendinorum non constat, sed sumus in dubio, consulendus est Ant. Gom. vbi supra.

S Y M M A R I A.

1. Domini temporales locorum non possunt prohibitiones facere, ut ipsi & non alii habere possint duci foris, & alia huiusmodi cum seq. vbi pars affirmatiua fundatur, sed negatiua iure communi, & Regio probatur n. 9. cum seq. & limitatur n. 17. cum seq.
2. Domini habentes iurisdictionem temporalem recognoscere tenentur in suis subditis suos edicto, vel statuto cogere, atque iure communi, ut ad suos molendina trivium molendam, & panem coquendum ad suos furnos, non viro ad alios deferant, & num. seq.
3. Ille, qui longo tempore plus est furno, vel molendino non potest prohibere volentem nouum furnum vel molendinum facere, nisi probet, hanc sibi seruitutem deberi.
4. Dux, Marchio, vel Comes ex quo quis fuit creatus, vel concessa iurisdictione omni temporalis, censetur in eum translata omni potestas Imperiali, & competenti ei non modo Regalia, sed etiam ea, qua sunt Imperatori reservata in signum Imperiali Corona, de quibus num. 5.
5. Tu compellendus & prohibendus, ne alibi, quam in locis suis iurisdictionis vendantur, potest aliter ex privilegio Principis competere.
6. Dominus non solum potest prohibere ne in aliis locis, quam in suis iurisdictionis vendantur, sed etiam a vallibus ex concessione domini.
7. Ordinatio Domini, quando respicit in priuata villa, tenet, id est proprium patrimonium ipsius, quia tendit in bursum Domini tanquam ambiciosa, & tendens ad priuata iurisdictionem non valet.
8. Dominus furni ad quem populus loci venisset per centum annos ad coquendum panem non potest prohibere populo, quo minus alibi vadat, vel possit sibi furnum edificare nisi alias prohibuisse, & ab eo tempore habere prescriptionem completam in sui fauorem.
9. Dominus temporalis recognoscens superiorem, licet habeat potestatem ordinandi, non tamen potest facere pragmatice contra dispositionem iuris communi.
10. Ordinatio quod iuramentum possit ad molendinum, vel furnum ordinandi, non est ad publicum subditorum commodum: ergo est monopolium, quod iure non potest nisi a non recognoscens superiorem.
11. Vniquisque ad libitum suum, de re sua disponere potest.
12. Libertas est naturalis facultas de re sua ad libitum disponendi.
13. Statutum communitatis in praedictum molendinorum Archiepiscopi, vel Episcopi non valet: limitatur, n. 21. sed auctor tenet contra limitationem.
14. Statutum ciuitatis, quo prohibetur vinum in urbem adduci extra ipsius fines & territorium collectum non comprehendit vna, quae ex Ecclesiarum vineis colliguntur, & non obstante hoc statuto clerici possunt vinum

- aliquid, quam ex territorio collectam, in ciuitatem adducere.
15. Statutum prohibens bona in eum, qui subditus non sit, alienari, non comprehendit Ecclesiam: nisi in casu de quo hic.
  16. Statutum imponens onera & tributa praedicta ciuitatis, vel villa, quando liget, & comprehendat praedia Ecclesiarum.
  17. Laici possunt praedictare Ecclesia in iure querendo saltem per indirectum, modo id non faciant principaliter ut nocent Ecclesia, sed ad eorum commodum & necessitatem ut in casu de quo hic.
  18. Statutum ciuitatis in praedictum molendinorum Ecclesie eiusdem ciuitatis non valet, limitatur, ut in num. 25.
  19. Statutum cogens subditos ad molendum in molendino vniuersitatis statuentis praedictum singularium personarum & subditorum de ipsa vniuersitate habitentium molendina in territorio, non valet.
  20. Statutum debet esse aequale & communi inter omnes subditos sine dano aliquorum particularium: tunc, & quando statutum concernit odium & dampnum non vniuersale, sed aliquorum particularium tantum, illud dicitur iniquum & dolosum, adeoque particularis si grauius possunt a tali statuto appellare.
  21. Statutum cogens subditos ad molendum in molendino ciuitatis, au valet, quando ex tali statuto fieret praedictum clericis non subditis tantum.
  22. Statutum non videtur valere, quando agit de ligando singulos ad vniuersitate, nisi omnes, & singuli consentiant, adeoque maior pars vniuersitatis non sufficit.
  23. Animus nocendi praesumitur, quando ex aliquo facto nulla percipitur utilitas, vel quando vniuersitas graue ex ea relaturae sit commodum.

In l. 12. tit. 11. lib. 6. Nouae Collection.

Regie.

Q V A E S T I O XXXII.

Q V A E R O circa l. 12. tit. 11. lib. 6. nouae collect. Reg. quae cauetur: *Que ninguna persona ponga fiancos, ni redimienos en sus villas, y lugares, ni tierras, ni en otras partes, para que ellos, y no otros algunos pueden hazer, y tener mesones, y tiendas de especeria, y azeytes, y pescado, y calzado, y otras cosas, ni desfundar a los vecinos de los tales lugares que ellos los tengan, y si algunos espancos y redimienos tienen fechos los quiten luego, y deshagan qualquier arrendamiento que tengan fechos cerca dello, y no los hagan mas, so las penas en que caen las que imponen y leuau nuevas imposiciones, por que lo susodicho es contra derecho y cargo de conciencia, y en gran dano de los vecinos y naturales dyllos Reynos, y de los vecinos de los donde esto se haze, idem cauetur in l. 9. tit. 6. lib. 3. Nouae Collect. Regie. An Dominus habens iurisdictionem temporalem in suis oppidis, & locis, recognoscens tamen superiorem, ut in his Regne Hispanie omni domini particularis recognoscens in superiorem supremum Regem nostrum inuicissimum Hispanie, possint subditos, edicto, vel statuto, iure communi attempto, cogere, ut ad sua molendina trivium molendam deferant, non vero ad alia, vel panem coquendum ad suos furnos, non vero ad alios.*

Et videtur primo, in fauorem dominorum esse dicendum hanc quaestionem ex traditis per Petr. Surd. conf. 127. n. 2. & 3. lib. 1. vbi quod ex tex. in c. quo iure. d. dist. dicunt Host. & Io. And. in c. significante. de appell. licet ille, qui longo tempore vicius est furno & molendino, prohibere non possit volentem nouum furnum, vel molendinum facere, nisi probet, hanc seruitutem sibi debere ex pacto, vel quia prohibitus acquieuerit per tempus sufficientem ad prescribendum, hoc tamen fallit in domino villae, & talis seruitus sibi debeatur.

- debeatur, ideoque inferunt & praesupponunt id licere domino, quamuis non probet seruitutem hanc sibi debere.
4. Secundo pro eadem parte facit: nam ex quo quis fuit creatus Dux, Marchio, vel Comes, vel ei concessa iurisdictione omni temporalis, censetur in eum translata omni potestas Imperialis, ut inquit Paul. Caspr. conf. 37. col. fin. vers. ex eorum solo. Felin. in c. cum nobis, vers. tertia declaratio, de praescrip. Boss. in sua praxi, tit. de Regal. num. 5.
  5. Rolan. a Vall. conf. 4. num. 4. vol. 3. quibus in locis, volunt etiam, quod Ducibus, vel Marchionibus, sic creatis, competant non modo Regalia, de quibus in c. 1. qua sunt Regal. Sed etiam ea, quae sunt Imperatori reservata in signum Imperiali Coronae, vtius indulgendi, restituendi ad famam, creandi tabelliones, eundem monetam (quod in his Regnis verum non credo) & alia familia facienda, quos refert Petrus Surd. vbi supra. num. 4. & 5. Duces enim quoad suos subditos & eorum bona quamuis superiores recognoscant in suo statu, saltem ex consuetudine generali, scientibus ipsis summis Principibus, introducta omnia possunt, quae possunt ipsi summi Principes in orbe, Dec. in c. pastoralis, col. 2. in fin. de appellatio. Cur. lan. conf. 1. num. 29. & conf. 61. num. 9. vbi testatur de communi: & plurimos citat Alber. Brun. conf. 45. quos refert & sequitur Hieron. Gabr. conf. 163. num. 18. Sed potest hoc in prohibendi & compellendi ex privilegio Principis aliquid competere, nempe ne alibi quam in locis suis iurisdictionis vendantur, secundum Alb. in d. c. significante, in 1. notab. de appellatio. vbi idem dicit esse in furno, molendino, & similibus, & sequitur ibi Dec. in prin. & voluit gloss. in l. sane si maris. ff. de iusticia, Hieron. Innocent. & Ioan. Andr. in d. c. significante. 1. conf. 1. col. 3. vers. vnde dicit in terminis, vol. 2. Guid. Pap. q. 298. Brun. conf. 131. col. penult. & eos refert Petrus Surd. vbi supra. num. 1. Ergo multo magis tale ius habet Princeps, & potest id per se ipsum exercere, vt probat Surd. vbi supra. n. 6. cum seq. & sic translatus est in Duces, Comites, & Marchiones.
  7. Tercio, quia non solum ipse dominus hoc potest prohibere, sed etiam vasallus ex concessione domini, vt probat Petr. Surd. vbi supra. n. 1. & 2. Ergo a fortiori hoc ius habebit ipse Dominus.
  8. Quarto, ex quo doctrina Bald. conf. 410. vol. 1. vbi post longam disputationem resoluit, quod quando ordinatio domini respicit priuata villam, id est, proprium patrimonium ipsius, vt quia molendina sunt sua, & queque similiter priuati iuris, quia tendit in bursum domini, talis ordinatio tanquam ambitiosa & tendens ad priuata vilitatem non valet, ambitiosa, ff. de decret. ab ord. faciend. fecus si ordinatio respiceret Rempublicam, quia molendina essent fiscalia, & queque seu redditus, inde proveniens, seruiret publicis necessitatibus: quia hoc casu valeret, si talem ordinationem exigit publica necessitas, quia propter eam recedimus a priuata, Lync. prope fin. C. de caduc. tollend. auct. res. que Communia, de leg. 1. mouerem. S. item. ff. de munerib. & honor. quam Bald. bimembrem doctrinam sequitur Iacob. de Sancto Georg. in sua investitura, in verb. & cum molendinis, col. 7. & Aymon. Crauet. de antiquis tempor. 4. part. circa pramissa, num. 3. cum sequenti. fol. 224. num. 4. & 5. vol. 2. quod & voluit Calder. conf. 21. tit. de constit. & Bald. conf. 11. inter confilia Auchar. Aymon. Crauet. vbi supra. num. 8. & O. Bau. de off. Pedemont. 17. num. 4. & 5. & facit Tiber. Decian. in 2. tom. tract. crimin. lib. 2. c. 34. num. 39. vbi tenet quod valet statutum cogens subditos ad molendum in molendinis ciuitatis, quando ex hoc fieret praedictum laicis non subditis, sed & in fauorem dominorum: in hac specie tenet plures congesti per Nicolaum Boer. de off. 125. num. 1. & 3.
  9. Nihilominus tamen contrarium indistincte iure

communi & Regio tenendum est, imo quod nec domini temporales recognoscens superiorem, nec Rempublica in propriam vilitatem similia praepcepta, edicta, decreta, aut statuta facere possint, iure communi, quia deferre iurisdictionem ad molendinum, vel panem ad coquendum ad vnum, vel alterum molendinum, vel furnum, est actus merae voluntatis, vt patet, nulla enim probatio neget, & tenent Dd. in c. significante de appellatio. & plures citat Roland. a Valle conf. 22. num. 2. volum. 2. & Petr. Surd. vbi supra. num. 20. Ergo permittenda non est praedictis dominis, vel Rempublice huiusmodi violentia, praesertim cum id tendat in graue subditorum praedictum, & maxime eorum, qui alia in vrbe, vel oppido eiusque territorio molendina, vel furnos construxerant, aut edificauerunt, aut construe-re velint, cum auferatur eis libertas sibi de iure permissa.

Quinimo si in villa fuerit furnus, ad quem populus loci venisset per centum annos pro coquendo panem, ille, cuius est furnus, non potest prohibere populo, quo minus alibi vadat, vel possit sibi furnum edificare, nisi alias prohibuisse, quia contra ea, quae sunt licita de se, & debentur de iure communi non cutit praescriptio, nisi a tempore, quo fuit prohibitus, Ita Ioan. Faber. in 9. aequ. num. 20. In fit. de actio. Cepol. de seru. vbi supra. praed. cap. 50. quaest. 2. vbi inquit, ita tenere communiter Dd. Guidus Pap. quaest. 298. quos & alios refert, & sequitur Petrus Surd. conf. 127. num. 23. lib. 1. Et inquit lac. in sua invest. in verb. & cum molendinis, num. 4. quod dominus loci habens furnum, vel molendinum quod ad homines semper accesserit, non possunt prohibere, ne nouum edificent furnum, vel molendinum, & ita in hac quaestione concludunt Dd. communiter secundum Barbat. de praescrip. in 4. part. quinta partu principalis, q. 5. in prin. Et refert Surd. vbi supra. d. num. 23. vbi alios plures idem tenentes citat, & num. 26. eam appellat receptissimam sententiam, citatque etiam Bertran. dicentem, quod si homines promississent domino accedere ad suum furnum, talis promissio praesumeretur extorta per vim, & erit rescindenda, & num. 24. cum Neuzan. quod si subditus prohibenti acquieuerit, id fecisse metu praesumuntur, quod late confirmat Narr. conf. 106. num. 10. cum sequent. tandem addit Surd. num. 25. ex Bertran. & Ripa, quod etiam si existeret conuentio inter dominum & homines, quod dominus tenere debeat furnos aptatos & habiles ad coquendum, & homines qui tradant vigesimam, vel quadragessimam partem panis, ex hoc non probatur compellendi homines.

Secundo, quia licet dominus, recognoscens superiorem habeat facultatem ordinandi, non tamen potest facere pragmatice contra dispositionem iuris communi, l. 2. c. de off. Praef. Praet. Clement. in Romanis de electione. praecipue in praedictum subditorum, vt per Innocent. in c. fin. de offic. deleg. Paul. Caspr. conf. 148. col. fin. vers. constat autem. Roland. a Valle d. conf. 22. num. 7. vol. 2. Aymon. Crauet. vbi supra. num. 5. similiter Rempublica licet possit condere statuta pro bono ipsius regimine, & omnes populi, & ibi communiter Dd. ff. de iust. & iur. non tamen id facere potest contra ius commune, vt ibi, quidquid in contrarium, nempe ex causa publica vilitatis dicat Aymon. vbi supra. num. 5. Quod autem publicum prohibito, vel ordinatio contineat monopolium, patet: nam ordinare, id quod in tantum possit ad molendinum, vel furnum ordinatis, non est ad publicum subditorum commodum: Ergo est monopolium, quod fieri non potest, nisi a non recognoscens superiorem, Lyncia, vbi supra. d. c. de monopolio. & quod ordinatio ipsa, prohibito seu statuto huiusmodi sit contra ius commune, satis constat, postea quod de iure communi vniuersae ad libitum suum de re sua disponere potest, l. in re. ad d. 4. cum similib. C. mand.

Qui autem habet arbitrium restrictum, non dicitur habere illud liberum: et libertas enim est naturalis facultas de re sua ad libitum disponendi, unde illam coartare contra rectam dictamen rationis, est contra ius naturale, & commune, quia sola voluntate procedit, argum. text. in l. penult. C. de contrahen. em. vbi reprobatu consuetudo, quod quis vendere conforti cogatur, ita Socin. conf. 272. col. 3. vers. 4. n. 6. vol. 2. & Rolan. a Vall. post alios vbi sup. num. 10. cum seqq.

Neque obstat responsio Aymonis vbi sup. quia procedit soluto pretio, vel bono cambio, vt in litem si verberatum, §. 1. vers. item si forte, de rei vend. ibi, modico honoris gratia possessori dato, de quo late Arias Pinel. in rub. C. de re vind. vendit. in l. 1. p. 2. num. 14. & nos in repetit. l. nemo potest, num. 73. & 74. ff. de leg. 1. At in nostra specie hoc non soluitur: Ergo, &c. Et in propriis terminis vltra allegatos hanc nostram sententiam tenent, ac prius probata probant Petrus Anchar. consil. 389. & in cap. Canonum statuta, quæst. 11. de constitutio. & Socin. d. conf. 272. num. 8. cum seqq. & lo. An. Bap. de Sanct. Securin. in rep. l. omnes populi, colum. 36. & vbi Cacialup. num. 9. in fin. Rip. lib. 1. resp. 11. & est vera, & communis opinio contra Bald. vbi supra, secundum Boeriu, de off. 25. colam. fin. qui per totam illam decisionem comprobatur post plures quos citat, eamque sequitur in dist. de, & communem appellat, alios allegans D. Couarr. in regula possessor. in 2. parte, §. 4. num. 7. de regal. iur. in 6. aduersus tenentes prædictam distinctionem, quos nuncupatim improbat, & plures allegans Petrus Surd. dicto consil. 27. num. 23. vbi dicit communem ex Boerzio vbi supra, & illam latissime probat per totum illud consilium. ex num. 18. cum seqq. & num. 26. eam appellat receptissimam sententiam, quam etiam sequitur Matthæus de Afflic. de off. Neapolit. 388. num. 1. cum seqq. & Emanuel Rodriguez in sua summa, 1. tom. cap. 188. num. 6. Et inquit Tiberius Decian. in 2. tom. tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 21. quod statutum, quo caueatur, quod nullus possit ire ad aliud molendinum, quam ad tale talis domini, sapienter monopolium, quia tollit libertatem publicam, & ideo non valet secundum Socin. consil. 272. vers. 4. principaliter, volum. 2. Eandem communem sententiam probatur Roland. a Valle dicto consil. 22. num. 13. cum seqq. vbi num. 19. vers. septimo adducit etiam, quod in terminis decidit Anchar. consil. 13. & 292. vbi dicit, accidisse talem questionem de facto. et Archiepiscopus Spoletanus habebat extra ciuitatem aliqua molendina, & similiter commune Spolethia, & homines Spoletani poterant ire, quo vellent ad molendin. Commune Spoletæ statuit quod cives, qui extra ciuitatem erant caussa molendi, tenerentur soluere in ingressu portæ certam mensuram, & quod accedentes ad molendina ciuitatis non tenerentur aliquid soluere in ingressu, cuius statuti occasione omnes ibant ad molendina ciuitatis, siue communis, & non ad molendina Archiepiscopi. Vnde ipse Archiepiscopus dixit, huiusmodi statutum non valere, quia sibi præiudicabat: communis vero ex aduerso dicebat contrarium. Quæsitum fuit ab Ancharano, quid iuris esset in præmissa specie? respondit, totum Collegium Bononiense consuluisse, prout ipse consuluerat, huiusmodi statutum non valere, & quod hanc partem sequitur Ias. in l. quomodo, q. 25. num. 156. cum sequen. ff. de summi. Vbi arte statuit, hanc esse magis communem, & consil. 61. colum. 4. in 3. sub. volum. 2. & sequitur Rip. d. responsio 11. dicens, quod licet Anchar. loquatur in statuto, per quod præiudicatur molendinis Ecclesie, rationes tamen suæ pro maiori parte idem concludunt, etiam quando præiudicatur molendinis cuiusque laici. Quinimo in hac specie, quod non valeat statutum huiusmodi in præiudicium molendinorum laicorum, est quod communis sententia, vt vidimus, & procedit, etiam si homines promississent do-

mino accedere ad suum futurum, &c. vt supra diximus, num. 10. ex Petro Surd. vbi supra numer. 24. cum sequentibus, & aliis.

Sed maiori ratione non valet prædict. statutum in præiudicium furnorum & molendinorum Ecclesiarum ex modo relato magis communi sententia, & plures etiam sequitur Th. Gram. de off. 109. n. 13. & 14. & plures citans, eoque nomine ipsam decorans D. Couar. vbi sup. n. 8. nec non & decil. Pedemont. Octauia. 17. n. 8. & Anchar. vbi sup. sequitur etiam alios referens, Deci. consil. 39. num. 72. eandem communem proficitur ex Bufat. consil. 39. num. 26. vol. 1. Ignat. Salz. in addit. ad Bern. Diaz. de Lug. in pract. crim. Canon. 6. 55. in vers. ex eodem fonte. Pro qua sententia est bonus text. in c. vii. de immun. Eccles. lib. 6. vbi excommunicantur laici statuantes, & prohibentes contra emonitionis & venditionis inter subditos eorum iurisdictioni, & personas Ecclesiasticas. Ex qua constitutione probatur, statutum illud dici contrarium libertati Ecclesiasticæ, vel Clericis, quo aufertur, & tollitur ab ipsis id, quo iure communi omnibus est libere concessum, quemadmodum ex illo text. adnotatur Ant. Imol. & alii, quos refert & sequitur Couar. vbi sup. aduersus Aymon. Cane. probat eam tenentem, statutum de molendinis non esse contra libertatem Ecclesiasticam, cuius dispositionem est contra dispositionem Rom. Pontif. in d. c. fin. ostendit ibi Couarr.

Quæ ratione probat etiam ipse ibi cum Thom. Gram. vbi sup. & iustissime id factum esse contendit, & apud Regium Neapolitanum Prætorium diffinitum esse, mota controuersia inter Salepni ciuitatem, & Abbatem S. Benedicti, statutum illius ciuitatis, quo prohibetur exire in eam vrbem ad ducendum vinum extra ipsius fines & territorium collectum, minime comprehendere vinas, quæ ex Ecclesiasticis vineis colliguntur: quinimo etiam non obstat hoc statuto, clericos posse vinum aliunde, quam ex territorio collectum, in ciuitatem adducere, id quod Ecclesia nostra Cathedralis Ciuitatis, literis executoriis iam obtinuit in contradictorio iudicio latas contra hanc ciuitatem: nempe vt tempore, quo iuxta ordinationes & statuta ipsius prohiberetur exit, vinum extra adduci, & induci, personæ Ecclesiasticæ petita, licet non obtenta, licentia ab vno Decurione ciuitatis, hoc est Rectore ad id ab ea deputato, vel ab alio quocumque Rectore, sius deputatus non fuerit, libere possint vinum pro sua prouisione intraducere, vt caueatur in dictis literis executoriis, quos saepe vidi & legi: & hoc iure vtimur Canonici Ciuitatis. & ita est tenendum cum prædicta magis communi & veriori sententia in fauorem Ecclesiarum & Clericorum.

Quando præ ergo vniuersitas contrahit perse, vel per syndicum, vel per suos administratores, licet singuli vniuersitatis non obligentur, vel eorum bona: ipsa tamen vniuersitas, & qui consenserunt, obligantur, vt concludunt Doctores supra allegati, præcipue Auend. in sententia conclusio, & modum exequutionis sententiam contra vniuersitatem ponit Bald. in l. etiam, numer. 11. cum sequent. C. de usq. res iudicat. & optime Francisc. March. decis. 105. in 1. par.

SVMARIA.

- 1 Privilegium Principis, siue Regis non recognoscit superiorum ad faciendæ prohibitiones: & stantia, vt subditis eant molendam triticum ad sua molendina, & cogendum panem ad suos fornos, non vero alibi & similia, est iustum & legitimum, sed aduertant Principes & Reges, quomodo concedant huiusmodi privilegia contra publicam vtilitatem, & vt in not. 2. & quando erat iustus & legitimus titulus in proposito præfatum privilegium, num. 3. idem est in consuetudine, vt in n. 7.
- 2 Ad validitatem cuiuscumque actus, voluntas, & potestas requiritur.
- 3 Pignorum in concessione facta a Principe non venit in prohibendis, est iustus accessorium.
- 4 Domini loci, qui molendinum alicui concessit, potest post concessionem aliud molendinum edificare.
- 5 Conseruando immemoriali an sit sufficiens ad faciendum prohibitiones, & stantia, & an ea consuetudine immemoriali acquiri possit in compellendis vicinis, ne habeant diuersoria, vel ne vicinialia vendant, sed quod solus dominus loci, vel eius inquilini hoc iure priuatiue videntur, & c. & num. seqq. resolutur affirmatiue num. 14. limitatur num. 18. & 23.
- 6 Immemoriali consuetudine vim habet constituti, & privilegij, & accedendi ad furnum, vel molendinum alicuius & similia, consistit in mera facultate & voluntate accedentium.
- 7 Illa, qua consistunt in mera facultate alicuius, prescribi non possunt, limitatur, num. 15.
- 8 Vasso promissio domino facta accedendi ad eius furnum, prescribitur ex iore, & per vim, etique rescindenda, quoniam si subditi prohibiti acquerunt, id fecisse mens presumuntur, vt in num. 13. & quomodo hoc intelligatur, num. 19. 24. & 25.
- 9 Prescriptio in seruatiis negatiuè incipit a tempore prohibitionis, & acquiescentia prohibiti.
- 10 Vasso prohiberi non possunt a penatione, etiam si per millos annos non fuerint venati, nisi vi bic.
- 20 Im colligendis collectis competit de consuetudine distincta, modo non sit violenta, sed communiter ab omnib. appro-

Pract. Quæst. D. Ioan. Gutierrez

72

- bata: & idem in consuetudine immemoriali scindendi legna, vel animalia pascendi in alterius nemore, vt in n. 21.
- 21. Conseruatio immemorialis scindendi legna, vel pascendi animalia in alterius nemore, dum modo non sit inducta per violentiam, tenenda est.
- 22. Coactio iudicis, pratermissio iuris ordine, non inducit consuetudinem, quia tunc cogit, vt priuatiue: sicut si iudex cogat per viam iniustitiam seruato iuris ordine.
- 23. Subditi compulsi ab Episcopo praestare ei gratiamina seruilia, praesentunt, quod timore ea praestiterunt.
- 24. Dominus temporalis, qui a subdito suo exceperat collectas, iura beneficiarum, munerata vt quocumq; etiam si probent per longum tempus, hac subdito suo praesentia, & iustitiam allegent, adhuc non obinebunt, quo vsque probent tituli veritatem, vel nisi immemoriali probetur, vt in numero 28.
- 27. Inferior quotiescumque patitur aliquid in rem suam committi per superiorem, patientia hac non habetur pro consensu, nisi immemoriali probetur, vt in n. 28.

In eadem l. 12.

QVÆSTIO XXXI V.

**Q**UÆRITUR tertio, in eadem l. 12. circa illa verba: *si aliqua persona tuuerit iustitiam iusto para haerere aliqua cosa de las subditicias, venga a lo mesura ante nos, dentro de noventa dias despus que nostra ley fuere publicada en nuestra corte, y haerere jela ha capitulo de iusticia, lo las penas en esta ley contenidas.*

Quis dicatur iustus titulus, para poder poner, y haerere estancias y veamientos los señores de vasallos en sus villas y lugares, ori as personas, para que ellos, y no otros algunes, puedan hazer, y tener mesuras, y tenidas de espiceria, azeyte, peñales, calcado, y otras cosas, y para compeler a los vezinos que vayan a moler, y cozer pan a sus molinos y hornos, y no a otros, & similia.

Et de privilegio Principis, sine Regis non cognoscitur superiorem in illis ciuitatibus, villis, vel locis, indubium est, esse iustum & legitimum titulum, quo ad privilegium, para haerere semejantes estancias y prohibiciones, vt sentit nostra l. ibi: *Si alguna persona ouiere iusto titulo: quis enim alius titulus iustior, validior & firmior esse potest, quam Principis, aut Regis supremi? & praeterea id voluit Bart. in l. ambrosio, num. 15. ibi nisi specialiter sit eis permisso, ff. de decret. ab ord. fac. l. l. late conf. 101. num. 2. lib. 2. quos ad hoc in terminis refert, & sequitur Occian. in decis. Præm. 17. statim in limine, & in terminis vicinialium, de quibus in nostra l. idem probat Abb. in c. significante, in l. notat. de appella. dicens, posse alicui ex privilegio suo competere, ne alibi quam in locis suis vicinialia vendantur, idemque dicit esse in furno, molendino, & similibus, sequitur ibi Decius in princ. & ante eos hoc voluit gloss. in l. sane si mara, gloss. 1. ff. de iuris, Ilasien. Innocent. & Ioan. And. in d. c. significante, Guid. Pap. quæst. 298. Matth. de Afflic. de. Neap. 381. num. 1. cum seqq. Bona. cons. 131. col. penult. Petr. Sur. cons. 127. num. 1. vol. 1. Greg. Lopez, in l. 2. gloss. 2. in 7. part. 5. per 11. ibi: *Sin iudicia y otorgamiento del Rey.**

Aduertant tamen Principes concedentes ista privilegia, ne ea concedant contra publicam vilitatem, ne ve ob ditandum vnum, alios destruant, neque dona ingenij & naturæ, que Deus dar hominibus, Principes prohibeant, iubendo, quod vnus solus exerceat talem artem, vel tale officium, sed pæ oculis habeant Deum & publicam vilitatem, cui ex iniuncto regimine seruire debent, ita Greg. Lop. in d. l. 2. in glof. vt or. os sim junctis, ibi aduertant tamen.

Sed præterea demum privilegium præd. Principis, vel Regis, cuiuslibet, & legitimum titulus in proposito, quando in privilegio, vel iustitiam sit mentio de tali

iure, & quando illud repetitur concessum: alias secus; Ad validitatem enim cuiuscumque actus voluntas & potestas copulative requiruntur, text. in c. cum super, de offic. deleg. l. cum re. vbi Bald. C. de dona. ante nup. l. multum, C. si quis alit. vel lib. Bald. in l. nolle, ff. de acquir. hered. Deci. cons. 198. num. 3. & cons. 225. num. 1. duo enim sunt, in quibus omnimodum consistit effectus, potestas scilicet, & voluntas, vt inquit Boetius, quem referunt, & sequuntur, Beronius, cons. 76. nu. 26. cum sequent. vol. 1. Socin. Iun. cons. 121. num. 34. vol. 2. Alciat. cons. 101. num. 15. Nat. cons. 402. num. 28. Cephal. cons. 117. num. 24. Roland. a Valle, cons. 39. num. 20. vol. 1. & cons. 36. num. 21. vol. 3. Petr. Sur. cons. 127. num. 31. vol. 1. qui horum meminit, & num. seqq. late probat ex alijs sup. dictam obseruandam, & declarationem.

In præmissione igitur factum facta a Principe non veniunt prohibendi, etiam si effectus accessorium, vt ibi late probat, quia est diuulsi, & potest separari a fumis, & vbi agitur de translatione iuris de vno in alterum, translatio principalis non venit accessorium, quod ab eo potest diuidi, & separari, l. quæres, C. de contra vend. empt. Oldrad. cons. 121. num. 9.

Hinc est, dominum loci, qui molendinum alicui concesserat, posse aliud molendinum post concessionem edificare. Ita decidit Bald. in c. 1. s. si quis de manso, num. 8. de controuersis, quem sequitur Jacob de Sancto Georg. in sua inuest. feud. in vers. & cum molendinum, num. 2. & Petr. Surd. qui sep. num. 37. cum seqq. Idem quod in privilegio reuoluntum in proposito DD. in consuetudine: Quis autem temporis debeat esse hæc consuetudo, siue præscriptio infra statim agamus, & in q. seq. Sed quod habet difficultatem, & magis torquet animos scribentium est, an præscriptio in memoriali acquirit iusta post hoc ius faciendi prædictas prohibitiones, hoc est, estancias, & ius compellendi vicinos, ne habeant diuersitas, vel ne vicinialia vendant: sed quod solus ipse, vel eius inquilini, hoc iure priuatiue vtiuntur, & quod ad ista molendina, vel suos farnos homines vadunt ad molendum uticum, vel panem coquendum, non vero ad alia, vel alios: similitera in Republica atque vniuersitas hoc ius præscriptioe immemoriali habere, & acquirere possit aduersus suos homines circa vicarias, & alias obligationes, & publicas annonas, quod alij hæc vendere non possunt, nec molendina, aut furnos, aut diuersitas habere.

Videntur enim prima facie hoc ex peditum esse, si immemorialis hic vltis allegetur, & in iudicio deducatur, non in vim præscriptioe, sed ad probationem tituli, quem actor asseruat, se ipsum habere ad hoc ius obtinendum, & posse idem, quamvis titulus ipse non exhibeatur: Probatur enim titulus ex hoc immemorialis tenore vsu, qui vni habet constituti, & privilegij, l. hoc iure s. dictum aqua, ff. de aqua quod ius, & est in text. in c. sup. quibusdam, s. prætera, de verb. sign. c. 1. de scriptis, lib. 6. cum his que adduntur Coua. lib. 1. variarum resol. c. 17. u. 5. & nos latissime plurima congerendo huc negotio expeditissima, lib. 3. pract. q. 12. n. 21. cum plurib. sequentib.

Rursus præterea ex eo, vel maxime persuaderi potest, quod actus ille accedendi ad furnum, & molendum alicuius, & similia, consistit in mera facultate & voluntate accedentium, vt dicunt DD. in c. significante, de appella. pest. & Bald. in l. 1. num. 10. C. de seru. & aqua, Beronius, cons. 39. in princ. vol. 1. Roland. a Valle, cons. 22. n. 20. vol. 1. D. Couarr. in reg. pass. 2. s. 4. nu. 6. vers. quibusdam factis, de reg. iur. in o. ant. de Padilla, in l. 1. nu. 20. C. de seru. & aqua.

At præterea, quæ in mera facultate consistunt, minime possunt præscribi, quoniam ex actibus mere voluntariis, quali possessio, (sine qua præscriptio non procedit, vt in regula iure) acquiri non potest, l. procul, ff. de acquir. in fact. l. 1. s. denique Marcellus, & in l. si in meo fundo,

fundo, ff. de qua plur. arcon. l. 2. ff. de via publ. l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poss. Roland. & Couar. vbi sup. est q; in iure hoc verum ius, regulæ iuris vrita, & vulgaris, quam tenent omnes in fra citandi, & alij plures, quos hic congerere, esset potius fastidiosum, quam utile: Sed in terminis nostris, quod non procedat præscriptio, etiam antiquissima, quous iniij memoria non exstet in contrarium in iis, que sunt mere voluntaria, aut mere facultatis, puta, si per centum annos, & vltra aliqui ierint ad molendum in molendino alterius, vel ad coquendum in furno alterius, vt ex hoc cogi in futurum non possint, vt ibi demolant, aut coquant, vel si quis per longissimum tempus, amicum hospitatis est, vt non cogatur in futurum idem officium exhibere, tenet Innocent. in c. cum Ecclesia, de causa poss. & prop. Petr. Cynus, & communiter Dd. in d. l. 1. C. de seru. & aqua. Abb. in c. significante, num. 4. de appellat. & ibi alij Dd. idem Abb. in c. quod translatioem, de offic. deleg. & in c. Abbate, col. 2. de verbor. signif. & cons. 101. num. 1. vers. quinto possess. attentari, lib. 1. reperitur, cons. 57. lib. 2. communem etiam cum profutur, & sequitur plurimos citans Pet. Surd. d. cons. 127. n. 21. cum seq. præcipue n. 23. lib. 1. vbi quod etiam fortius dicit Bertran. cons. 39. vol. 1. Quod si homines promississent domino, accedere ad furnum, talis promissio præsertim extorta & per vim, erit; rescindenda: Quinimo inquit Neuzan. cons. 43. circa fin. Idem si subditi prohibiti acquieuerunt, id fecisse metu præsumuntur, quod late confirmat Nata. cons. 106. nu. 10. cum seq. quos sequitur Surd. d. cons. 127. n. 24. & 25. addens ex Bertran. id verum esse, quamvis exstet conuentio inter dominum, & homines, quod dominus tenere debeat furnos apertos, & habiles ad coquendum & homines tradant vigesimam, vel quadregesimam partem panis, quia ex hoc non probatur ius compellendi homines, & diximus sup. in quest. 32. num. 10. Eandem communem sententiam sequitur alios referens idem Surd. vbi sup. num. 8. cum seq. vsque in finem. vbi refert Neuzan. d. cons. 43. num. 10. loquentem de tempore mille annorum, quod non sufficiat ad hoc, quod voluit Dd. ut refert Aymon Craues. de antiq. tempore. 4. par. princ. vers. circa praemissa, n. 42. ad fin. pag. mibi 232. in par. 1.

12. Nihilominus tamen, re radicitus considerata, resoluimus, quod cum immemorialis præscriptio habeat vim tituli, & privilegij sufficientis vt probuimus, sufficiat quoq; in proposito, & specie præmissa nostræ quæstionis principalis, dum modo simul interueniat prohibitio: nempe, quod volentes ire ad coquendum, vel molendina alterius fuissent prohibiti & prohibitioni acquieuisissent per longissimum tempus, sufficientes ad præscriptionem complendam (nempe tempus immemoriale) quia tunc bene acquiritur ius, atq; præscribitur, ad coquendum eos in futurum ire ad coquendum, & molendum in suis furnis, & molendinis, & non alibi, vel ne alibi quam in locis suis vicinialia vendantur. Idem ita est intelligenda, & limitata præcedens communis sententia, quam pro contraria parte adduximus, nempe quod ea, quæ in mera facultate consistunt, præscribi non valeant tempore immemoriali: Hoc namque non procedit interueniente prohibitione præscriptioe, & patientia aduersarij, per tempus sufficientes ad præscriben-

13. dum (prout est immemorabile) ita Abb. per illum text. in dict. c. significante, in 1. notat. quem ibi sequuntur communes scribentes, idem Abb. in c. fin. de resti. spul. & in c. Abbate Sancti Syciani, col. 2. de verbor. signif. per text. ibi iuncta gloss. vbi hoc extendit, etiam si prohibitio facta fuisset extrajudicialiter, & etiam si ei fuisset obtemperatum pro bono pacis, sequitur, alics aligans, Aymon Crauer. vbi supra num. 99. in 1. loco allegans. & Boer. decis. 125. dicens communem, vbi in vers. & etiam sufficit, eam ampliat: & hæc sententia in nostris terminis proculdubio communis est, vt plures aligans, affirmat D. Couarruu. vbi sup. de l. num. 6. in vers. hinc sane obliuioni, & allegat pro ea l. hæc autem ff. de seru. & v. l. præd. Eandem testatur communem, plures aligans, Rolan. a Valle d. cons. 22. num. 23. & 24. vol. 2. nec non & Padilla, in d. l. 1. num. 20. C. de seru. & aqua, sequitur etiam eam Petr. Surd. d. l. cons. 127. num. 81. cum sequentibus. Eandem probat, sic intelligendus, Auenda, lib. 1. c. 12. Præm. num. 12. & lib. 2. c. 4. num. 22. Quilicet non faciat mentionem de prohibitione, sed tantum dicit, quod ex immemoriali præscriptioe, quod vnus solus habeat furnum, vel molendinum, quos homines alicuius loci teheantur ire ad coquendum, vel molendum, vel quod ipse solus sit venditor carnis in viciaria publicæ, & quod ista iura possunt acquiri præscriptione, etiam ex Doctoribus, quos allegat, nempe Abbate, Decio, & communiter Dd. in dict. c. significante, de appellat. & Boer. in dict. decis. 125. qui in prædict. terminis loquitur, est intelligendus, loqui iuxta dicta eorum ex doctrina Bartol. in l. non solum, s. si liberationis verba, num. 7. ff. de libera. legat. quem sequitur Beccius cons. 52. num. 97. quod expresse voluit Auend. in priu. loco præcitato, dum loquitur nuncupatim contra prohibitos: Denique pro hac communi sententia est, l. 8. tit. 15. lib. 4. noua collect. Reg. in vers. Y en quanto al derecho de la propiedad, & c. ibi: *Provanen la immemorial costumbre, por la manera, y con las qualidades, y circunstancias que por derecho y leyes de estos Reynos se dene pronar.* Et ibi notat atq; idem probat cum communi Azeu num. 1.

Quæ communis sententia si suas radices habet in doctrina gloss. 1. in d. l. 1. C. de seru. & aqua. in vers. & incipit ab eo tempore, & c. quæ habet, quod tempus præscriptioe in seruitutibus negatiuis incipit corrumpere tempore, quo is, contra quem præscribitur, est prohibitus edificare, & acquieuit prohibitioni, quam gl. sequuntur ibi Odofred. Cynus, & communiter Dd. est q; communis, & vera sententia, vt plures referens testatur ibi Padill. num. 14. vbi num. sequ. eam ampliat, ac tandem num. 19. præter ea inferit, valallos domini alicuius, etiam si non fuerint venati per mille annos, non possunt venatione pro dominio prohiberi, cum nullo facto acquiescit quasi possessione prohibendi eos a venatione, quousque eos semel faltem prohibuerit, & illi prohibitioni acquieuerint, secundum Dd. quos ibi refert: idem eadem ratione probant in iure piscandi: deinde idem Padilla, num. 20. idem probat, cum communi in terminis nostræ quæstionis, vt diximus: Limitat Auenda. d. c. 4. num. 22. præter quando ex hoc publica læderetur vilitas, quia tunc ista acquiescit feruitus, vt eant homines ad vnum molendinum, vel furnum, debet infringi, & naturalis libertas concedi, vt in terminis tenet Baldus in litem lapilli, in 3. qu. ff. de acquir. rerum dom. quem refert, & sequitur Iaf. in l. quo minus, num. 32. ff. de sum. dicens, ita consuluissit, & fuisse iudicatum, & Signor. de Homod. cons. 91. & Greg. Lop. in l. 2. gloss. 2. ibi, vbi subdit, & c. tit. 7. part. 5. vbi citat pro hoc alios Dd. & l. fin. C. de seru. & aqua, quæ in §. fin. inquit: *Sancimus itaque, nemini licere sic edificare, vel alio modo versari, ut adueniat ventum, & sufficientem ad præsumendum opus, frugat, & iniuriam domino arcam & fructuum multitudine faciat; sed &*

alia exempla refert Avenda, ubi supra. Dubitari tamen merito potest de hac limitatione, quia ea flante frustratoria, & inanis reddetur præfata communis resolutio, cum semper læderetur publica utilitas ex præd. prohibitione & præscriptione: quare difficile erit in praxi obtinere iuxta prædictam limitationem. Neq; text. in d. l. fin. C. de servit. & aqua loquitur in hac specie, sed in alia multum diversa, & ex separatis non fit illatio, ut in l. natura licet. §. nihil communi. cum similibus ff. de acquir. poss. Saluari ea tamen limitatio fortassis poterit, quando in d. es magis ac magis Respublica ex præd. præscriptione, & prohibitione læderetur, ne tantum & tam immensum damnum pateretur, vel generalius, quoties Respublica notabiliter læderetur ex prædict. præscriptione.

Habemus igitur ex prædictis nostram resolutionem communiter approbatam, scilicet, per immemoriam præscriptionem, cum prohibitione dominorum & patientia subditorum, acquiri iustum titulum ad obtinendam ius in prædictis stanchis & prohibitionibus, ut volunt, & tenent omnes auctores præcitati, sicque cum frequentissime ad suprema huius Regni tribunalia deferretur querela vasallorum, qui coguntur per dominos ad eorum propria molendina, & furnos triticum molere idem, & panes coquendos ducere, soluta ordinaria mæcedo, & prohibentur alios furnos & molendina habere, ad aliave huius officij causa omnino accedere: nam nisi legitime probata fuerit, hac in re præscriptio immemorialis (modo scilicet prædicto) oblountur ab his oneribus subditi, damnanturq; domini, vt subditi fibere permittant, priuata & propria molendina ac furnos habere ad eave accedere huius muneris causa, put ipsi subditi l. beru fuerit, quod sepius in praxi profertur atq; obferuat ut test. D. Couar. ubi sup. d. n. 6. in pr.

Non obstat opinio Neuzian. & sequatium supra in contrarium adducta, quæ habet, quod si subditi prohibita quærentur id facere metu præsumunt.

Quia respondetur primo, quod procedit, quando subditi ad id compelluntur, & coguntur metu pœnam, quia tunc non potest dici, aliquam esse natam consuetudinem, quæ non producitur ex actu voluntario, quando scilicet aliquis est tam potens, epi populus non poterat contra licere, ut Anton. de Butr. in c. fin. de consuet. in re per. col. 9. in vers. ex hoc deciditur, quid de actu metuentis, quem refert & sequitur Nata. conf. 106. num. 12.

¶ Vbi quod licet iam in exigendis collectis, compctid de consuetudine diutina, modo non sit violenta, sed communiter ab omnibus approbata, rex. in c. si. §. si de offi. Archid. & ibi gl. Io. And. in c. 2. col. 2. de immuni. Ecclesiarum.

Accedit quod Hostien. scribit in c. dilectis, de arbit. ubi quærens, quid si miles a tempore, cuius non exlat memoria, consueverit in alterius nemore scindere ligna, vel homines viuis castri in limine alterius, sic scindere, vel animalis pascere, respondet, quod tuenda est consuetudo dammodo non sit inducta per violentiam, & ibi tenet sequitur Ant. de Butr. & Abb. & Nat. d. n. 12.

¶ Quinimo si iura cogat, prætermissio iuris ordine, quia tunc cogit, vt priuatus, consuetudo non inducitur, l. prob. b. in c. d. iure ff. lib. 10. l. denotum. C. de mæced. Secus si iudex cogat per viam iurisdictionis, seruato iuris ordine, quia tunc bene inducitur consuetudo, quia ista iura sunt licita sicut in legum dispositionem, licet forte ex iniquitate iudicis sit illicita, l. penult. ff. de iustit. & iur. iud. & ibi de quibus. col. 21. vers. item quarto, in inducitur consuetudo per consensum coactum. §. ff. de legibus. quem ad hoc refert, & sequitur Nata ubi supra d. n. 12.

¶ Limitatur igitur nostra prædicta communis resolutio, quando consistat, subditos acquirisse prohibitioni, coacti metu pœarum, & sic quod acquiescentia, & consuetudo fuerit inducta per violentiam: tunc namque ex supra dictis non erit valida prædicta consuetudo,

sive præscriptio, sed tunc demum cum libere & spontaneæ, vel saltem abique coactione, & violentia fuerit acquiritum hoc ius.

Secundo respondetur, quod etsi verum sit, in dubio præsumi, metu subditos acquirisse, vt inquit Neuzian. ubi supra. ¶ Quod etiam comprobatur ex doctrina Innocen. in c. si delictis. de præscrip. quem ibi sequitur Abb. in vers. venio ad secundum membrum. ubi tenet, quod quando Episcopus exigit grauamina seruilia a subditis, præsumitur quod timore subditi præstiterunt: indebita enim seruilia præsumuntur per vim, & metum a subditis extorta l. super impressionem. C. quod metu causa. Bal. in tit. de pace. Constan. in verb. pactiones.

Sic etiam si domini temporales collegerit a subditis suis collectas, iura hospitiorum, munerave quæcumque, etiam si probant per longum tempus, hæc sibi fuisse præstata, & titulum allegent, adhuc non obtinebunt, quousque probent tria veritate, cum non censentur illa data animo contrahende obligationis, sed potius ex quadam familiaritate, aut per dominorum impressionem, metum, vel coactionem secundum Hostien. in c. quod laement. de reg. iur. Ioan. And. & Abb. ibi testatur esse communem opinionem, quam etiam sequitur, & communem profertur, alios allegans, Padilla in l. si a quam. num. 37. C. de seruic. & aqua.

Quoties enim inferior patitur, aliquid in rem suam committi per superiorum, patientia hæc non habetur pro consensu, Bar. dist. 7. num. 3. vers. secundo probat. Padilla ubi supra num. 39. inde deducens num. 40. Quod etiam si vasalli tempore longissimo permiserint domino locare arua communia ipsius oppidi, vel ciuitatis, non ex hoc poterit dominus eos a pastu illorum pratorum prohibere.

Hæc tamen recte procedunt, præterquam si per tempus immemoriam præscriptio inducta fuerit, titulusque allegetur, qui per immemoriam probatam sufficienter inducitur, vt in terminis impositionum per dominos a suis vasallis exacta: um cum aliis probat Couarru. in reg. possessor. de reg. iur. in 6. in 2. parti. §. 4. n. 4. & refert Padilla ubi supra num. 38. quamuis ipse ibi non existimet, pro dominis iudicandum esse sola immemoriam, nisi titulus aliquis, vel tituli aliqua adminicula probentur, cum tempus immemoriam vitium impressionis, quo ipse semper præsumit a sufficiens illa præstari, non excuset. sed opinio contraria, & sic Couarru. approbat expressè in l. 11. §. 15. lib. 4. non collect. Reg. ibi: Ten quanto al derecho de la propiedad & c. ubi deciditur, quod immemoriam legitime probata in hoc loco tituli sufficientes habeatur, super qua l. lib. 1. præd. q. 92. late diximus: & in c. q. seq. agemus.

Vnde in terminis nostræ resolutionis communiis, de qua supra, cessabit metus in dubio alias præsumtus, si a tempore prohibitionis cum acquiescentia subditorum tempus immemoriam tranferat, quo domini temporales, vel communitates sint in possessione faciendi prædictæ stanchis, & prohibitiones, vt habet nostra præfata communis resolutio, nisi per violentiam consiterit, subditos semper acquirisse, vt prædiximus, & ita intelligenda est hæc materia.

Sunt tamen, qui existimant, probata præscriptione immemoriali, non esse necessarium probari, quod vasalli prohibiti ad alia molendina accedere, huicq; prohibitioni consentientes ad domini furnos, & molendina panes coquendos, & triticum molendum detulerint, vt colligitur ex Decio, conf. 271. num. 12. & 15. Aym. Crauet. conf. 111. col. penult. n. 24. & 25. sed hoc ita accipiendum esse affirmat Couar. ubi supra d. n. 6. vers. posterior. ibi hoc vero; vt ex hoc tempore præsumatur quasi possessio: quia eo modo, & forma, quæ iure necessaria est, iuxta communem resolutionem supra dictam, aliquam immemoriam vsum in vim præscriptionis parum præd. st. ubi ff. de quæst.

quæ sit, vt resoluimus: Ipse tamen Couarru. hæc præsumtionem prohibitionis præsumeret, quando immemorialis temporis vsum probatur, simul cum aliquot prohibitionibus in ipsius temporis tractu contingentibus, licet non probetur prohibitio ita antiqua, vt ipsa immemorialis ab ea processit, sed sufficit, e, sit, probatio prohibitionum aliquot, quæ motam litem triginta, quadraginta, aut quinquaginta annis præcesserint: Ex hoc enim præsumendum erit, immemoriam præscriptionem a prohibitione processisse: alioquin nulla probata prohibitionem, minime admitteret, quod ex Decio, Aymon. & aliis adnotauit: Quod vltimum ipse, vt versum, & receptissimum probat: Illud vero, quod sufficere, inquit Couarru. probari nempe aliquot prohibitiones, triginta, quadraginta, aut quinquaginta annorum, præsumens ex hoc immemoriam præscriptionem a prohibitionem processisse, subintelligendum censo, quando saltem fama antiquior, vel auditus quoque prohibitionum probatur, illius nempe temporis ad præscribendam necessarii ex mente Doctorum tenentium communem sententiam, & clarus Boer. d. de off. 125. n. 5. in primis.

An autem sufficiat tempus quadraginta annorum cum prohibitionibus, & patientia prohibitorum, ad inducendam præscriptionem in proposito quoad possessionem, statim in seq. proxima quæst. agemus.

S Y M M A R I A.

- 1 Quæst. possessio 40. annorum dominorum, vel communium, si facienda stanchis, & prohibitionibus in suis terris, & dominijs, an sit sufficientis ad hoc, ut in ea iura debeantur? & num. seq. resolutio non sufficere, num. 5. cum seq. nisi ad sit simul iuribus habitis ad præscribendum, ut in num. 11.
- 2 Quæst. possessio dominorum exigenda aliquid a vasallis singulis annis, conservanda est eis quo ad iudicium, possessionum: immemoriam vero sufficere quo ad posteriorum iura? Reg. ex l. 2. tit. 15. lib. 4. non collect. Reg.
- 3 Tempus quod requiritur, vel sufficit, quo subditi non conuiderunt in proclamationi panalis dominorum, de eundem ad coquendum in eorum furnis? & nu. seq. præcipue nu. 5. ubi etiam conueniunt de hoc, ut in n. 4.
- 4 Quæst. possessio contraria non reuocatur ab onere probandi in panibus, & correctorij, & in quibus ius commune, & Regium, & priuatis status naturæ est? & c.
- 5 Lex si aliquid velle, & expressit: cum iuritur id non expressit, consensum est, id voluisse.
- 6 L. 1. tit. 15. lib. 4. non collect. Reg. dispositio raro obseruata fuit.
- 7 Domini vasallorum, assente iure communi, nullo tempore se possunt inuare ad suspensionem exigendam, nisi titulum quoque probent.
- 8 Arguendum ab identitate, & analogitate rationis in adujs, & correctorij non uales, neq; currit.

In eandem l. 12.

Q U A E S T I O XXXV.

- 1 Quid quarto, quod circa intellectum eiusdem nostræ leg. 12. An quæst. possessio 40. annorum dominorum, vel communium, si facienda stanchis, & prohibitionibus in suis terris, & dominijs, an sit sufficientis ad hoc, ut in ea iura debeantur? & num. seq. resolutio non sufficere, num. 5. cum seq. nisi ad sit simul iuribus habitis ad præscribendum, ut in num. 11.
- 2 In hac quæstione quod negotium facere videtur l. 2. tit. 15. lib. 4. hinc non coll. Reg. accidens: Quæritur a quibus que per tempus & iuribus de quæst. ubi tenentur in possessionem

de licet aliquas impositiones, no sean quitados, ni prinados de la dicha possession por juez de imposiciones: ni por otros algunos: salvo que sobre la propiedad se haga iusticia a los que pretendieren tenerla: y para en quanto a la propiedad la immemorial, por la manera, y con las qualidades, y circunstancias que por derecho y leyes de los Reynos se deve probar, sea auida en lugar de titulo bastante.

Hæc namque in sua 1. par. licet loquatur in impositionibus dominorum, & non in stanchis, & prohibitionibus, de quibus hic agimus: idem tamen in eis videtur dicendum, cum militet eadem ratio: ergo idem ius habere locum debet, l. illud, cum simul, ff. ad leg. Aguil. Quid enim interest inter nouas impositiones, & stanchis? Vtrique enim maxime nocetur vasallis, quinimo magis grauantur ipsi impositionibus, quia hæc omnes tangunt, quam stanchis, quæ tantum nocent priuatis quibusdam habentibus furnos, vel molendina, & similia.

Secundo, pro eadem sententia considero verba nostræ l. ibi: Lo qual mandamos que ansy se haga, y cumpla, se las penas en que uas los que imponen, y llenan nuevas imposiciones: Ergo eadem est ratio in vtriusq; rebus, quandoquidem contravenientes puniuntur eisdem penis.

Tertio eadem pars asstruitur ex traditis per Rolan. a Valle. conf. 22. n. 24. circa fi. & n. 25. lib. 2. ubi tenet in proposito sufficere, quod subditi per 10. & 20. annos nullam contradixerint proclamationi panalis dominorum, de eundo ad coquendum in eorum furnis, sed acquiescerint eidem, secundum Petrum 7. arob. in sua præd. in libell. de forma, quem sequitur Boer. de off. 125. in vers. & præcipue 30. vel 40. annorum, quæ tempora dicuntur longissima, ut per gl. & Bal. quos ibi refert, & etiam sufficientia ad complendam præscriptionem, vt in terminis allegat hoc tenentes, tal. in l. quo minus. v. 32. ff. de flumin. loquentem in præscriptione longissimi temporis, licet nō sit immemorialis. & Affl. de off. 388. Brum. conf. 50. col. 1. & Boer. de off. 126. col. 5. in fi. quem non inuenio, & in terminis nostræ leg. 12. eam referens, idem voluit Azeued. d. l. 2. n. 1. & 2. dicens, quod nostra l. 12. debeat intelligi, & limitari per illam, quoniam illa nouior est, & quod vna per aliam non veniat corrigenda: sed potius limitanda, & declaranda.

Est etiam pro hac parte doctrina Bald. in l. de quibus. n. 32. ff. de legib. ubi tenet, quod valet consuetudo, volens, quod omnes volentes molete, teneantur vt in re ad me molendinum, vel omnes volentes emere ligna, teneantur venire ad meum nemus, licet non sit rationabilis: & inquit Gregor. Lop. in l. 2. gl. 2. tit. 7. p. 3. quod requiritur consuetudo immemorialis, quæ habet vim privilegij in his, quæ non possunt fieri abiq; priuilegio, de quibus supra d. l. 2. vt minor præscriptio quam immemorialis non sufficit: sed si priuilegium non esset necessarium, minori tempore acquiri posset, veluti si quis esset in consuetudine prohibendi alios, ne irent ad alium molendinum, vel furnum, quia tale ius bene acquireretur ex eo tempore, quo prohibiti acquirerent prohibitionem per tempus legitimum ad præscriptionem complendam, secundum Abb. & Bal. quos refert.

Nihilominus tamen præsentia principalis supra dicta in specie nostræ quæstionis vera mihi non videtur, sed potius contraria, imo quod prædictum tempus, nec aliud minus immemoriam sufficit ad præscriptionem prædicti iuris ex sequentibus.

Primo, quia hoc est de mente communis opinionis, cum de hoc tempore immemoriam plerique ad communiter loquantur, de quibus supra in quæst. præced.

Secundo, quia sumus in materia odiosa, & pœnalis, atq; libertatem naturalem infringente, si quisq; præiudiciali vasallis, vt patet, ergo restringenda.

Tertio, quia non est lex quæ dicat, nec probet, si sufficere in proposito consuetudinem, siue præscriptionem